Ceraulus Graecis recentioribus [kerato]

[[Psa]] [psalterion] [[psalerion] ante corr.] a grecis  
recentioribus usurpatur trigoni species cum 60 chordis supra  
mensam extensis quo usum putant dauid id uocari potest  
psalterium epitrapezium

Luca Marentio quando faceua cantare sempre intonaua  
una medesima uoce cioè il fa di F fa ut senza uariare tuono  
alla quale uoce s'accordauano i cantori

Mutio Efreml nel battere la ternaria fa cosi percuote col  
dito la tauola [[e dice]] 1. secondo alza all'insù e ferma  
un momento 3. poi alza un altro poco e cosi ricomincia  
Altri nella [[terza]] ternaria fanno cosi battono la tauola  
e poi alzano la mano alquanto uerso la sinistra e terzo  
finiscono

d'alzare in sù e poi ricominciano

Cerauli acutiores magna cum difficultate inflantur

[-<f.14v>-] Organa Ectatica quoniam phthongi quantum libet extenduntur ut tibiae

Acrophthonga quae breuem habent ictum ut testudines

Media quae paululum extendunt scilicet parectatica

Testudines cum physaulis non bene consonant Violas [Violes ante corr.] uero cum  
clauichordiis peius consonare consentaneum est nam praeterquam quod uiolae sunt  
ectaticae clauichordia acrophthonga: illa sunt [isemitonia] haec [isotonia] tum illa  
[neurokhorda] haec [khalko]chorda

Iteratio dici potest signum repetitionis meli et Graece anadiplosis?

Duplicata quintadecima

Triplicata vigesimaseconda

Replicata decima

Reduplicata decimasettima

Replicatio, Duplicatio, Conduplicatio

Apopsalma apud Ptolomaeum alternationem esse uidetur uel spatium illud in chorda  
canonis cuius sonus non exploratur (uel partuum interuallum quod [[in pluris]] post plura  
chordae segmenta quae continuos phthongos efficiunt superest: atque adhibetur ad  
complementum diapason ut in uulgari cithara spatium quo ultimi iugamenti sonus minor  
est quam antecedentes quod uocari posset epipsalma uel anepipsalma

Antipsalmata uocari possunt homphoneses organicae ad diapason

Propselaphemata apud Proclum uidentur esse pulsatiunculae chordarum quas citharistae  
faciunt dum explorant chordas siue dum praeparant aures auditores: quae sunt breuiores  
quam procitharismata

Pampselapheses

In oratione nomina et uerba in melodijs mele et rhythmici

Bombardarum strepitu aures musicorum sic offuscantur ut multi aliquanto post fateantur  
sonos non satis recte se discernere

Tripla proportio constat ex dupla et simpla: simpla uero est dimidium duplae: sed tripla  
constat Diapason diapente ergo diapente est dimidium [tes] diapason

[-<f.15r>-] [Doni, Aduersaria Musica B, 15r; text: Diagrammata testudinis Panarmoniae  
Semimaius, Pro Enarmonio, chromate, A, b [signum], b, C, d [signum], d, E, Tonus,  
[[Semitonium minus]], Semitonium minus, Diesis maior, minor]

Temperatura Fidium pro genere Enarmonio uidetur commodissima quae [fit add. supra  
lin.] per Diatessaron, Tonum et Diatessaron

pro chromatico uero quae fit per Ditonum et [[Semit]] Trihemitonium et sit redeunda a capite

Antagoge mouimento contrario congiunto di due parti

Antiploce mouimento contrario disgiunto di due parti

Paragoge quando una parte sta ferma e l'altra si muoue per mouimento disgiunto

Melos Latini uocabant Modos Rhythmorum uero Numeros

Enarmonicum Didymi aptius uidetur testudini, Archytae uero clauichordo

Spatium chordae inter [hypagoge] et chordotium

Sonus quem illud segmentum reddit

[[Inst]] Interstitium duarum iugmentorum quod alicui consonantiae complementi gratia uersus acutum additur

[Loca Canonis numeris signata ubi magas sistitur add. infra lineas]

Interchordium spatium inter duas chordas

Interiugium spatium inter duo iugamenta

Qui Tonos 15 posuerunt congrue fecerunt 15 enim sunt uoces in toto systemate

Semitonium minus uidetur continere 7 particulas maius 9. Diesis maior 4 minor 3. Vel

Semitonium maius 4 minus 3. Diesis maior 5. minor 4.

Apollo uidetur significare uitam speculatiuam. Bacchus actiuam. Venus uoluptuosam.

Itaque Apollini conueniet Dorius Baccho Phrygius. Veneri Lydius

Apollo praeses est rationalis facultatis, Bacchus Irascibilis Venus concupiscibilis

Apollini conuenit genus Enarmonicum Diatonicum Baccho, Chromaticum Veneri

[<f.15v>-] Probabile etiam est Semitonium maius debere continere sex particulas minus quinque ut habeatur proportio Semiditoni quae reliquum spatium diatessaron conficit.

Item Diesim maiorem continere quinque minore quattuor ut habeatur proportio Ditoni qui reliquum spatium illius id est Enarmoniae diatessaron continet

Quod si Semitonium maius contineret 3. minus 2. diesis maior 4 minus 3 tunc uideretur

Chromatico esse congruens Diapente, Enarmonij diatessaron. et consequenter Diatonici

Diapason tribuendo Tono 5. Semitonio 2 1/2

Si uolumus Semitonium maius continere sex particulas interualli minus quinque, puto dandas esse maiori septem particulas chordae minori quinque: quod intelligendum est si semitonium [maius add. supra lin.] ponatur in graue, minus in acutum

Multo melius misceri uidetur cum Enarmonio Diatonicum quam Chromaticum ut uel auribus liquet si post duas dieses proximum semitonium minus attingas fuerit melos inconcinnius quam si post duas dieses ad sonum peruenias

Quemadmodum Diapason continet 12 Semitonia (aequalia in chely) ita tonus continebit

12 particulas quarum septem dabuntur Semitonio maiori quinque minori

Diapente continet septem semitonia idest 4 3. Diatessaron quinque idest 3 2 ubi uides numeros alterari

Diatessaron uidetur conuenire Diatonico Ditonus Enarmonico Trihemitonium Chromatico

Sic Tonus uidetur continere debere 12 commata septem pro maiori et quinque pro minori Semitonio. Ubi considerandum an duo commata faciant illud interuallum quod uulgo in cithara uulgari inter duo semitonia minora cernitur.

Quod si fiat nouum genus Enarmonij et Chromatici in quibus [[<.>]] pro diatessaron, tetrachorda continent in Enarmonio ditonum in Chromate Trihemitonium. uidelicet In Chromate Semitonium maius

Semitonium minus

Semitonium maius.

In Enarmonio

diesis maior

diesis minor

Interuallum toni et Semitonij minoris? Diatonum uero non mutetur in quo hoc recte procedere uidetur quod maximum interuallum haberet genus Enharmonicum quod feram omnium magnificentissimum

Vel sic ut in ditono constituatur chromaticum per Semitonium, Semitonium et Tonum [(minorem) add. supra lin.] In Trihemitonio Enarmonium per diesin, diesin et Tonum (maiolem). Sed Enarmonium inspissatum fiat per 3 dieses separatas et interuallum [-<16r>-] compositum 3 diesium. Chromaticum inspissatum per [[4]] [3 corr. supra lin.] [[diese]] Semitonia [[et]] separata et tonum

[[Verum pro tono diuisionis Enarmonium inspissatum habebit]] Sed huiusmodi Enarmonium habebit 3 Semiditona composita et unum incompositum

Consentaneum etiam est tertium interuallum tetrachordi Diatonici esse Tonum maiolem Chromatici Tonum minorem

Enarmonij Semitonum maiolem

Prosodiae siue accentus simplices [[duplex est]] duae sunt Grammatica et Musica compositae totidem Rhetorica et Poetica.

Grammatica docet attollere syllabam ubi opus est. Item producere aut aspirare et cetera Musica docet epatasin et anesin in syllabis seruare quaeque in sermone reperiuntur notare Rhetorica utrumque considerat docetque musicum accentum frequentius usurpare et Grammaticum expressius ubi opus est proferre. Item considerat silentia et moras in <suis> periodis et cetera. Item celeritatem lentitudinem sermonis

[<Poe>ma<ti>ca in marg.] Poetica idem facit sed expressius adhuc et ad cantum propius Vox [monoton] exprimi potest sic

[Doni, Aduersaria Musica B, 16r,1]

Vox sermocinatoria sic

[Doni, Aduersaria Musica B, 16r,2]

uel sic

[Doni, Aduersaria Musica B, 16r,3]

Media uel poetica aut recitativa sic

[Doni, Aduersaria Musica B, 16r,5]

Melodica

[Doni, Aduersaria Musica B, 16r,6]

Melius est dicere Systema naturale procedere per Pentachordum et Tetrachordum quam per Diapente et Diatessaron

Octo et nouem uocum in modis iustis Differentiae

Subprimus Primus superprimus Submedius Medius Supermedius Subultimus Ultimus Superultimus

[aphegoumenos] [hegoumenos] [ephegoumenos] [apomesos] [Mesos] [epimesos]

[apeskhatos] [eskhatos] [epeskhatos]

[hegoumenos] uocari potest praecedens

Instrumenta alia sunt simplicia alia composita quae uocari possunt polyorgana

[-<f.16v>-] [Doni, Aduersaria Musica B, 16v; text: C, C #, D, D #, E, E #, F, F #, G, G [signum], 1 Citharae, 2 Fides, Semitonium minus, maius, Ditonus]

Accordando la seconda della cetera al canto in terza maggiore, e lasciando i tasti come uanno: poi toccando il canto sul primo tasto F fa ut quarta discendente con la seconda ma toccando il medesimo canto nel punto E # (che è un semituono minore sopra E o in circa) si sentirà accordare perfettamente detta quarta

Dal che ne cauo molte cose. Prima che da C a D è un Semituono minore da D ad E un maggiore. Poi che da D a D # è un Semituono maggiore Da D # a E un Semituono eguale (perche se fussero due maggiori [[non]] farebbono un tuono minore più d'un ditono

Terzo che la quarta nella sua proportione accorda

Videtur Tonus diuidi posse in duo semitonia aequalia nam si [[chord]] numeri 9/8 multiplicentur per decem ita ut chordae grauiori dentur 90 particulae, acutiori 80. deinde excessus 10 diuidatur in duas partes 5 et 5. et alterutri [[denat]] superaddantur quinque illae particulae uidetur semitonium aequale futurum inter eas duas chordas

Vt reuocentur in usum consonantiae perfectae id est diapente et diatessaron in suis proportionibus et nihilominus symphoniae cum alijs quibusdam consonantijs uariantur ne sint nimium pauperas hoc modo facendum manubrium testudinis diuidatur in octo phthongos qui Diapason impleant (sed in genere diatono diatoniae) [[ut]] id est in duo limmata et quinque [[Semitonia minora]] [tonos maiores corr. supra lin.] deinde [ex add. supra lin.] Tonis qui sunt supra [[limmata seo]] detrahantur alia interualla enarmonica ita ut quod supererit ex eo tono cum proximo tono integro conficiat proportionem sesquiquartam tunc habebimus Diapente et Diatessaron consonantes perfecte et praeterea Ditonus et consequenter Diatessaron ditonus, hexachordum maius et sic in eo instrumento psalli poterunt mele Enarmonia: non enim chromatica [[et ei]] sed in uno dumtaxat modo

[-<f.17r>-] [Doni, Aduersaria Musica B, 17r,1; text: Modus Dorius, limma, 9/8, E, e, a, Ditonus, Interuallum Enarmonium, Diatessaron seu hexachordum grauius]

Aristoteles in opere de Sensu et Sensato uult eandem esse proportionem inter colores quae est inter sonos atque dispar ualde ratio uidetur

Siquidem negro et albedo uidentur habere extremos terminos notos et actu existentes, grauitas et acumen minime

Modus enim temperandi manubrium secundum dictam diuisionem hoc esse potest. habeatur canon diuisus in partes proportionales qui uocari poterit (canon analogicus) qualis est quo utuntur lyrapoei sed exactissime diuisus: ita ut unum latus sit diuisus in spetie toniaea (exacte nimirum in sesqui octauis rationibus) alterum latus in limmata simili modo exacte diuisa: tertium in interualla Enarmonia [quartum in interualla chromatica add. supra lin.]: deinde applicando ad manubrium [[dictum canonem]] dicti canonis latus quod proposita interualla continet illud diuidere poteris sumendo grauiorem partem quae interualla [ha]] spatij habet maiora uel mediam uel acutiorem

[Doni, Aduersaria Musica B, 17r,2; text: Canon analogicus [[triplex]] [quadruplex corr. supra lin.] et cetera, hemitoniaea, [[Apotomaicum]], [[Interualla chromatica]], Toniaea in Lemmatica, Diaesiaem interuallorum enarmonica]



Quod si inter [[p]] chordotonum et supercilium canonis nulli [nullo ante corr.] interualli harmonici (qui ex hoc canone sunt) termini conuenient poterunt chordotonum quatenus opus erit produci uel reduci

Verum quoniam supradicta uni tantummodo conueniet qui [[in]] paucos habet phthongos et [[sa<.>]] parum uariae symphoniae fieri possunt: necesse erit [[d]] alium modum miscere (ut aliqui faciebunt) ex ijs qui semitonio distant. Verum ne sit necesse [[sin]] in omnibus septem praecipuis modis [-<f.17v>-] [Hypolydio in marg.] Dorio Iastio Phrygio, [[Lydio]] Aeolio, Lydio Mixolydio sectiones proprias et numeros apponere, confusionis uitandae causa poterim in latitudine membrj septem [[canicul]] [[canalicul corr. supra lin.]] canaliculi excauati cum suis operculis in quorum fundo [[unicuiq]] uniusquisque modi proprij numeri et sectiones ex atramento notentur siue lineis nudis siue numeris (sonus longitudinis proportionalibus) siue litteris et signis phthongorum unicuiusque modi. Verum horum canaliculorum fundus erit albus puta ex ebore ut melius extent Graece opercula uero ut tonium tegnum [[ebu]] nigrum ex eburno: opercula enim continebuntur ipsis iugamentis nerueis canonis. Vtile erit manubrium saltem ex altera parte marginare lista similiter alba eburnea in quibus phthongorum notae pongantur

[Doni, Aduersaria Musica B, 17v; text: lista bianca, Dorius, Phrygius]

Prout uero uoles hoc uel illo modo uti ita hunc uel illum canaliculum deteges et ad eius sectiones iugumenta aptabis: totum systema intendens uel remittens, [[d]] fidium decurtatione ope fistulae

Musici cantores qui periti sunt organi alicuius rhythmum modulationum exactius sonant [-<f.18r>-] Notandum enim est ex supradicta diuisione liquere satis [[planum tantum usurpabimus]] [[continenter corr. supra lin.]] non unum tantum tonum continenter posse cantari in genere Enarmonio quod antiquis usitatum fuisse uidetur.

Deinde Ditonum et Hexachordum maius proprias esse consonantias Enarmonij generis Pro genere enim chromatico uidetur systemati Diatono Diatoniaeo addi debere haec interualla: [[pro]] post limma aliud interuallum instar semitonij maioris quod detractum a Tono reliquum illius una cum proximo tono integro conficiat interuallum sesquiquintae hoc est semiditonus: ut in hoc genere habeantur propriae consonantiae Semiditonus et hexachordum minus.

Notandum uero quod etsi interualla supradicta chromatica et Enarmonica constabuntur proportionibus ualde disparatis et numeris magnis nihilominus usui esse poterunt: si illae proportionibus reducentur ad propinquiores numeris minoribus constantes.

Canones musici uariorum generum esse possunt. Arithmeticus uel isologicus in partes aequales diuiditur ac fere alterum latus in minores particulas ut

[Doni, Aduersaria Musica B, 18r,1; text: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 15, 20, 30]

Harmonicus siue analogicus qui per easdem proportionibus graditur [[ut]] qualis est lyropoeicus ut

[Doni, Aduersaria Musica B, 18r,1; text: 9/8]

Atque hae sunt duae species Canonis achordi

Canonum uero Enchordorum alij sunt monochordi alij dichordi alij octachordi fere.

Polychordi enim uel unicam habent et immobilem magadem uel plures et mobiles. uel plures et immobiles quasi est Helicon apud Ptolomaeum

Arithmeticus Canon si in plurimos numeros sit diuisus cuique longitudinem chordae fere aptari potest. Analogicum uero non item sed saepe opus est chordotonum uel magadem reducere et producer

Polychordum Zarlini uocari potest Polychordum Canonicum seu Catalepterium Polyplectrum uel . . . . [subtili add. supra lin.]chordum uocari deberet cymbalum

[-<f.18v>-] [Doni, Aduersaria Musica B, 18v; text: Tetrachordum Chromaticum, [[Diatessaron]], Dorium, Trihemitonius, Tonus disiunctionis, limma, apotome, Iastium, Phrygium, E, F, G, [sqb], D, F, F #, G, [[Tonus distinctionis]]]

In Genere chromatico uidetur Iastius modus incepisse si Semitonio minori et intensior fuisse Dorio per Semitonium minus

In Diatono fortasse Semitonio aequali [[non]] pendeat excessus horum modorum

In Enarmonio nimis raro factae fuisse uidentur mutationes ab uno ad alium item mixtiones [<...>] et hunc puto Iastium etiam incepisse a Semitonio minori sed a maiori diesi ut Dorius a maiori

Aristoxenus aptissime usus est Tonis ac Semitonijs aequalibus et si <id> uerum esset tonum in duo aequa diuidi non posse tamen diuisio adeo aequabilis fieri posset ut minimum esset discrimen [[<.>]] [ut corr. supra lin.] patet si grauiori chordae detur numerus 900 acutiori 800 deinde excessus quam proxime ad aequalitatem diuidatur. Vel certe duplicando saepius numerum 8 perueniamus ad 312

8 16 32 64 128 156 312

Item duplicando 9. 18. 36 72. 148. 196. 392.

Excessum 392 ad 312 in partes quam maxime aequabiles partiamus

Excessus enim 80. 1. comma tribui poterit in 41 et 39 quae differentia est minima

Semitonum maius nostrum excedit limma commate id est 81/80 itaque commode poterit in supraposito diagrammate comma quod est inter [signum] et [signum] poni inter a et b. sic exempli gratia [signum]

[-<f.19r>-] Comma 81/80 rectius uocabitur Comma Toniaeum quoniam excessus est Toni maioris ad minorem quam Harmonicum ut apud Salinas

Comma uero antiquorum excessus apotomes ad limma uocabitur potius Semitoniaeum quam Pythagoricum ut [[<.>]] uocat Salinas

In suprapositis diagrammatis parua uicissitudine facta omnia 3 genera et omnes modi praecipui psalli poterunt in testudine chalicochorda producendo solum uel reducendo iugamentum illud quod Tonum distinctiuum diuidit

Si canon analogicus in tonos maiores continuos partiatur poterunt eae sectiones manubrio testudinis applicari [[ita]] deinde media iugamenta producendo et reducendo tonos (praeter disiunctionem) aequales facere

Vt quattuor illa latera supradicti canonis analogici usui esse possunt in sectione manubrij necesse est ut Diapason constet ex integris apotomis, limmatibus, diesibus

Tetrachordi dispositio secundum Didymum uidetur commodare Chromatico generi quae post Semitonium maius sequuntur tonus minor qui in <ae>quale Semitonium maius et minus diuidi potest promixtione duorum modorum ac propterea Enarmonico etiam uidetur aptari Sed diatonico aptior est diuisio Ptolomaei

Quod si Tetrachorda considerentur sine respectu symphoniatarum et mixtionis duorum modorum Distributio Ptolomaei melius conueniet. Diatonico. Didymi

Chromatico/Enarmonico aequae bene utraque fauet huic opinioni quod in distributione Didymi non tam frequenter Semiditonus occurrit quae consonantia parum conuenire uidetur generi Diatonico

In [[superioribus Diagrammatis]] [melodijis corr. supra lin.] haec omnia Semitonia reperiri possunt Maius et Minus (in Tono minori) Aequale (Toni aequalis) maius et minus Toni maioris

Consonantiarum haec natura esse uidetur contra quam uulgo existiment. Quo sunt perfectiores eo magis dimoueri possunt a sua iusta proportione ut patet in Diapente quae quantumuis remissa nihilominus delectat Diatessaron uero tantummodo aucta ferri non potest

Sic Ditonus mutari potest a sua proportione (remittendo tamen) eiusque antistrophum hexachordum minus si augeatur non tam bene sonabit

[-<f.19v>-] Semitonus item dimoueri poterit (intendendo tamen) hexachordum uero maius si remittatur minus bene sonabit

Ratio uero cur Diapente [et ditonus add. supra lin.] remitti possunt non augeri contra Semiditonus augeri non remitti haec est quoniam omnes consonantiae cum a sua proportione dimouentur uersus proximam illi id fieri solum potest [uel uersus suam antistrophem add. supra lin.] itaque diapente uersus diatessaron dimoueri poterit non uersus hexachordum minus. Ditonus uersus Semiditonum non uersus Diatessaron. quia illi non [antistropheitai] ut Semiditonus aliquo modo praeterquam quod est remotior quam Semiditonus. Semiditonus uero cum infra nullam habeat consonantiam nil mirum si augeri possit non minui

Itaque post Diapente perfectior erit diatessaron tum ditonus tum Semiditonus tum hexachordum minus tum maius

Ex his primae classi ascribentur tres priores secundae tres posteriores

Aliud est consonantiam esse mollem aut uiuidam aliud perfectam aut imperfectam. nam Diatessaron uiuidior est quam diapente sed minus perfecta sed Ditonus uiuidior simul et perfectior quam hexachordum maius

Ditonus uersus acutum uiuidus est uersus graue molle Semiditonus contra uersum acutum mollis uersum graue uiuidus

Rursus Semiditonus uersus acutum cum habet [[Semitonium]] Tonum superius Semitonium inferius uiuidior est ut mi sol cum superius Semitonium inferius tonum mollior est ut re fa.

Verum Semiditonus uersus graue contrario modo se habet nam si tonus sit superius semitonium inferius mollior est ut sol mi si tonus sit inferior uiuidior ut fa re

Quod pariter accidere uidetur hexachordo maiori et minori

In diatessaron uero cum tres sint eius species alio modo res consideratur nam cum in specie Phrygia in qua Semitonium duobus Tonis clauditur omnium maxime uiuidum hoc interuallum uidetur tam uersum acutum quam uersum graue. In Lydia uero in qua semitonium est supra duos tonos hoc interuallum ascendens est molle descendens uiuidum. In Dorio contra ascendens est uiuidum descendens molle. Ex quo perfectior Dorio etiam elucet

[-<f.20r>-] Ex his hoc axioma deduci potest in ijs speciebus quum [quam ante corr.] interualla ascendendo uiuida sunt remittendo mollia si melodiam uirilem et uiuidam facere uolumus frequentioribus gradibus ascendemus quam descendemus: et contra Tonus disiunctiuus in testudine chalcochorda uidetur discriminari debere cum medio iugumento quod diuidit Semitonium maius et minus iugumentis aereis ut alij phthongi sed praeterea habere iugamentum alium nerueum quod produci et reduci possit: cuius ope tonus ille ad aequalitatem reduci possit: ideoque in utraque parte recte ponetur

Duo tria quinque [septem add. supra lin.] uidentur numeri speciales et [[trium]] [quattuor corr. supra lin.] praecipuarum proportionum harmonicarum fontes

[Doni, Aduersaria Musica B, 20r; text: Modus utendi Tono maiori in loco disiunctionis in modo Dorio cum alijs quattuor Toni aequalibus super testudine calchochorda, Semitonus, Tonus minor, maior, disiunctiuus, E [signum], #, a, a #, b, b [signum], [sqb], e, Diesis, minima, [[aequale duobus alijs]] 16/15, fere aequale, 135/128, [sqb] signum, 81/80, 25/24, 135/128, comma, excessus diesis minoris, et]

[-<f.20v>-] In diuisionibus manubriorum (testudinis) chromaticis et diatonicis propter ingentem numerum phthongorum commodiores atque utiliores uidentur litterae quam phthongi lineares seu chordasemia

Iastius modus admiscendus est Dorio in genere Diatonico et chromatico si [[sy]] concentus plenus efficere uolimus

Iastolydius [[uoco enim]] puto enim Iastolydium modum fuisse qui tonum haberet

Lydium speciem enim Iastij [[seu D]] quae parum differt a Dorio

Cantores hodiernos [[uidentur uocem corrumpere]] credibile est sensum auditus

depriuatam habere ob usum concanendi cum Instrumentis quae apud nos consonantias

habent extra perfectionem sitas: Etsi enim Zarlinus ait uoces humanas utpote natura

flexibiles quocumque uelis in concentibus [ita add. supra lin.] flecti ut perfecte consonent

attamen ob deprauatum habitum uidetur id fieri non posse [[praesertim cum]] deinde

etiam si continuando aliquem phthongum possit illud prout opus est intendere magis uel

remittere dum audit alias uoces concinentes tamen aliquam partem illius phthongi

dissonanter primum efferet

Acumen et grauitas uidentur in densitate et raritate consistere quae nam enim sit haec

[[grauitas, et]] densitas et raritas haud est procliue dictis

Litterarum signa ueterum exemplo utiliori usurpare possumus in diagrammatis praeter

phthongos lineares ut exempli gratia in manubrio Violae chromatice atque enarmonice

diuiso quod difficiliter mutari potest nisi unicuique phthongo [[suae l]] singulae litterae

adscribantur eaeque in psallendo recipiantur.

Enarmonium genus alludit ad disdiapason et 4./1 Diatonum ad diapason et 2/1

chromaticum ad Diapason diapente et 3/1 (Quapropter fortasse Diatono conueniunt solum

[[dia]] consonantiae imperfectae. Chromatico praeterea ditonus et Semiditonus.

Enarmonio omnes

Diapason In Chromaticis intra Disdiapason In Enarmonijs intra Trisdiapason seu potius

hoc seruare in integris pericopis [Symphoniaram add. supra lin.] quae uariae sunt

generibus

In modulationibus Enarmonijs usurpandae uidentur Semiditonus et hexachrdum maius in

Chromaticis ditonus et hexachordum minus; [[intelligendo cum solae]] cum enim solae

ponuntur (hoc est [[fit]] symphonia duarum chordarum) tunc rectius fortasse conuenit

Enarmonio sexta maior et tertia maior

[-<f.21r>-] [Doni, Aduersaria Musica B, 21r; text: Canon Lyropoeicus [[Enneaplus]]

Dodecaplus Analogicus, 8/7, 9/8, 10/9, 11/10, 12/11, 15/14, 16/15, 21/20, 19/18, 26/25

[29/28 ante corr.], 31/30, 24/23, 7/6, Semitonium aequale, Proportiones assumendae, 5/4,

6/5, cum 5/4 nascitur 32/31, [[cum]], 114/90, 30/29, 200/27, 46/45, 56/55, Semitonia

testudinis, 28/27, [[sesqui]], Semitonia aequalia, Toni minores, maiores, Canon Isologicus

Arithmeticus, analogicus Geometricus]

[-<f.21v>-] [Doni, Aduersaria Musica B, 21v; text: E, E [signum], F, F [signum], G

[signum], G, G [signum], G [signum], a, a [signum], a [signum], b, [sqb], [sqb] signum, e,

e [signum], d [signum], d, d [signum], d [signum], e, Semitonium maius, diesis minor,

maior, Tonus, minus, distinctionis, 135/128, [[Lydius], Lydius, aeolius, primum,

Tetrachordum Dorium Chromaticum, secundum, 1. Iastium, f, Enarmonium,  
Lydiaeolium, Dorij, Lydij, Aeolij, chorda Toni]

[<f.22r>-] Modi Mixolydius et Hypolydius uidentur esse caeteris deteriores quoniam diapason habent diuisam in Tritonum et Semidiapente quae diuidunt fere in duas diapentes aequales Diapason In Tonis Ecclesiasticis sicut se habet secundum ad primum ita quartum ad tertium et cetera

[Doni, Aduersaria Musica B, 22r; text: E, E [signum], F, F [signum], G [signum], G, G [signum], G [signum], a, a [signum], a [signum], b, [sqb], [sqb] signum, e, e [signum], d [signum], d [signum], d [signum], e [signum], e, Ditonus, semiditonus, comma, diesis minor, maior, Tonus, 135/128, Dorie, Aeolie, Lydie]

[<f.22v>-] Quaestiones Musicae

An Diatessaron reuera consonet?

Quinam locus sit tribuendus [te] diatessaron inter consonantias seu perfectionis gradus?

Quidnam sit et flexio uocis quae auditur in tintinnabulo aut in organo quopiam cuius chorda pulsatur dum illum mouetur?

Cum sonus chordae quae post ictum sinatur uibrari paulatim ad Diapason inferiorem descendat ac simul sonus languescat atque obliteretur ita ut minus a longe audiatur agitatio illa organi hoc facit subinde sonum propius ad aures nostras admouens illud corroboret ut resumere suum acumen uideatur. Quod idem accidit in loquela nam cum in loquendo naturaliter uoce post ecphonesim demittamus subinde uocem excitamus per syllabas acuto accentu affectas

Quodnam sit pulcherrimum ac perfectissimum melodiae genus

Quae natio sit aptior musicae

Quae nam complexio sit aptior

[<f.23r>-] Si consonantiae diuiduntur in perfectas et imperfectas perfectis accersebit

Diapason, Diapente, Ditonus Imperfectis Semiditonus Diatessaron et duo Hexachorda si uero in perfectas medias et Imperfectas Perfectae Diapason et Diapente. Medijs Ditonus Semiditonus Diatessaron. Imperfectis duo hexachorda

Si Diatessaron supponatur in sua proportione locus ei deberi uidetur post Semiditonus ante duo hexachorda.

Iastium puto habere eadem speciem quam Dorius: sed quoniam apud Plutarchum legitur Iastium similem fuisse Lydio remisso id est Hypolydio sic saluari hoc potest: nam si E e tribuas Dorio. Iastio tribuendae erunt F f in quibus species Hypolydia sita est: et fortasse in eo etiam Iastius conueniet cum Hypolydio quod tonum diuisionis pariter habeat tertio loco ascendendo non quarto ut Dorius

Dorius in Diatono molli [[incept]] tale [talem ante corr.] habuisse uidetur tetrachordum: 3 dieses 2 dieses 5 dieses Tonus

Iastius semitono acutior tale 2 dieses 3 dieses 5 dieses Tonus

Panduristae arcuulo experiuntur

Media Toni Choricis seu Dorij. 1. media uocum Tenoris est G. In clauichordo media Phthongorum est D quae fere characteristicam [[est]] adhibetur pro tono chorico.

Pauci reperiuntur qui canere uoce [[<.>]] perfecte sciunt et aliquo organo praesertim in genere [ton physon] Id enim praestat Vrsinus quidam Romanus Auarici Biturigum qui Hypatodum optime uoce canet et netodum ceraulo

Idem ceraulum inflat ex orificio latiori ita apte ut sonus querulus uocisque humanae similis euadat

In Gallia Symphoniaci Ecclesiarum cum aliquis musicus per sua oppida transit triduo excipiunt

[<f.23v>-] Cadentia Enarmonica uidetur in Procataloga ditonus in cataloga Diapason chromatica in Procataloga diapason in cataloga diapente uel decima minor

In Procataloga Diatessaron [tum diapente add. supra lin.] iusta et cataloga Diapente uidetur esse cadentia conueniens . . . . .

Catalogae quae Symphonias dilatant uidentur conuenire affectibus diastalticis quae cohartant systalticis

In cantibus diastalticis phthongis longioribus uidentur conuenire consonantiae perfectiores, breuioribus siue celerioribus consonantiae imperfectiores contra uero in systalticis quibus magis conueniunt ligaturae et consonantiae imperfectae in phthongis longioribus aut etiam dissonantiae

Rhythmus enoplus [[uidetur]] apud Proclum in Timaeo uidetur esse hic

[Doni, Aduersaria Musica B, 23v,1]

Rhythmum Orthium hunc esse puto

[Doni, Aduersaria Musica B, 23v,2; text: [en orge]]

In questo posto benche si uadi alla quinta per mouimento contrario non fà buon' effetto per qualche cattiuu relatione

[Doni, Aduersaria Musica B, 23v,3]

Tridiesis maior id est 3 maiores dieses

Tridiesis media [minor ante corr.] [[Tonus maior et diesis minor]] duae dieses maiores et una minor

Tridiesis [tertia add. supra lin.] minor id est duae minores et una maior

[Tridiesis minor uel quarta 3 dieses minores add. infra lin.]

Pentadiesis maior 1. Tonus maior et diesis maior

Pentadiesis media 1. Tonus maior et diesis minor

Pentadiesis tertia minor Tonus maior et diesis maior

Pentadiesis quarta minima Tonus minor et diesis minor

[Doni, Aduersaria Musica B, 23v,4]